



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

An Deipara justitiam originalem habuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

zamen sine meritis Christi, idem de carne Virginis ab omni fomine ab initio liberata dicitur: nec est idem de perfectione gloriæ, quæ spectat ad terminum, in quo primus omnium Christus in anima, & corpore constitui debuit. hæc autem fomitis extinctio est perfectio accommodata viatorum, atque adeo ei communicabilis.

DVBITATIVNCVLA, AN DEIPARA IUSTITIAM ORIGINALIEM HABUERIT.

Nam Dei para habuerit iustitiam originale Suarez.

26 **V**LTERIUS quærat quispiam, num fomes in Virgine fuerit extinctus per donum iustitiæ originalis hoc autem petit quæstio illa, num Virgini in sua immaculata Conceptione tributa fuerit iustitia originalis, de quo agit Suarez disp. 4. Sect. 6. & Barada libr. 6. cap. 3. & citant nonnullos graves auctores, quorum aliqui solum indicant alii expressè sentiunt, Virgineis habuisse iustitiam originalem.

Ad quod breviter dico. Iustitiæ originalis tres fuisse effectus ex D. Thom. 1. par. quæst. 95. artic. 1. v. scilicet per eam ratio subdatur Deo, rationi autem vires inferiores, & corpus animæ. Virgini verò datum fuit donum originalis iustitiæ, non ex vi suæ originis, sed ex singulari privilegio quo ad præcipuos, & quasi formales effectus eius, qui sunt, subdere rationem Deo, & potentias inferiores rationi atque ita per hoc donum fomes extinctus fuit. Quantum vero ad mortem, & similes poenaltates, quæ de se non inclinant ad malum, quas etiam Christus assumpsit, ut docet D. Thom. quæst. 27. artic. 3. ad 2. has Virgo habuit, ut filio esset similis, & ne caret magno merito ex eandem perfectione, ut pluribus explicat Suarez. Atque hæc dicta sunt de Virginis stabili in Deo similitate.

VIRGO SANCTISSIMA DEIPARA PRÆ ALIIS PVRI creaturis Deum in se excepit, atque ad homines detulit, eique maximè vicina fuit, tum ante Christi incarnationem, tum præcipuè in ipsa incarnatione, cum ex ea Christus Dominus corpus suum, quod in cruce pro nobis est immolatum, & in sanctissima Eucharistia nobis exhibetur, suscepit.

CAPVT VIII.

SVMMARIVM.

Deipara sanctitas ante Christi Incarnationem, & quomodo Deo ex voto consecrata fuit in templo num 6

Deipara cum Christo vicinitas in Incarnatione, & de mirabili mysterio Incarnationis numero 13.

Christi humanitas sacratissima vestimenti metaphorâ significatur.

Corpus Christi quod in Eucharistia exhibetur, in Incarnatione ex Deipara formatum numero 19.



S. Thom. Dionys.

TERTIA Thronorum Angelicorum ad materiales sedes (ut loquitur S. Thom. convenientia in eo posita est, teste Dionysio c. 7. cæl. hiera. & S. Thom. 1. part. quæst. 103. art. 5. ad 2. & art. 6. quia sedes suscepit sedentem, qui

in ea deferi potest, nihilque sedenti vicinior est sua sede: quod quidem in Thronis, qui sunt, tertius ordo supremæ hierarchiæ, ut explicant locis cit. Dionys. & S. Thom. reperitur. Hoc verò totum singulari ratione præ omnibus puris creaturis, quamvis Virgini Deiparæ inesse ita in confesso sit apud omnes, ut probatione non egeat; atque adeo ex hac parte sedis Dei nomen illi singulari ratione inieoprime sit tribuendum: nihilominus tamen ead hoc eximias Deiparæ laudes contineat, in eiusdem honorem in præsentia accuratè id mihi ostendendum existimavi. Pro eius declaratione illud præmitto; Thronos Angelicos adeo familiariter ex Divo Tho. 1. part. quæst. 103. art. 6. suscipere Deum, ut in eis inhabitare dicatur immò hæc inhabitatio divina, ita in nomine Thronorum importatur, ut S. Thomas 1. part. quæst. 109. art. 1. ad 3. investigans rationem, quare cum dæmones de singulis ordinibus Angelorum, etiam Throno

S. Thom. Cur dantur Thronis nomen nunquam tribuitur.